



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Eleutherij papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Epistola Sotheris pape

Fo. XXVII.

deus loquutus est patribus in prophetis, nouissime autem loquutus est nobis in filio. Et ut eundem filium, excepto patris precepto, doceam fuisse locutum, ex Esaiae prophetae volumine profervimus documentum. Hac dicit dominus. In illa die scierit populus meus, quoniam ego ipse qui loquebar in seruis meis prophetis euangelizans auditum pacis, & ecce adsum. Item ibi. Ego sum dominus qui loquor iustitiam, & annuntio veritatem. Item ibi. Cogitavi, & locutus sum, & adduxi, & creavi & feci. Et apostolus. An experimentum quereritis eius qui in me loquitur Christus. Et in psalmo centesimo decimo octavo. Loquebar de testimonij tuis in conspectu regum, & non confundebam. Et ipse dominus in euangelio auctoritate illuminato dicit, & vidisti eum & quod loquitur tecum ipse est. Et Samaritanus mulieri ait, ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos, verba quae locutus sum vobis, spūs & vita sunt. Et ad patrem. Ego ad te venio, & haec loquor in mundo. Et iterum Iudeus dixit. Loquor vobis, & non auditis. Si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum haec locutus est dominus in gospodinio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, quae superius dicta sunt, non docetur filius precepto patris fuisse locutus, sed magis propriū exercuisse in loquendo sermonem. ¶ Esaias quod propheta ait, haec dicit dominus. Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam, ego solidavi ccelum manu mea, ego omnibus syderibus mandaui ut lucerent in ccelo. Item ibi, ego omne consilium meum statui, & omnia quae cuncte cogitavi ego feci. Item ibi. Sic dicit dominus, qui constituit ccelum & terram, & fecit eam & fundauit eam. Item ibi. Ego primus, & ego in eternum, manus mea fundauit terram. Dextera mea solidauit ccelum, Item ibi. Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Et in Hieremia. Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terrae in sapientia & prudentia sua, extendit ccelum & posuit sonum aquae in ccelo. ¶ Defendite charissimi, ego rogo, vos contra maluolos homines inconcussum ecclesie statum, ut vos Christi dextera defendat in eum. Data Nonas Maii, Rustico & Aquilino. IIII. consulibus.

Epistola Sotheris pape.

Dilectissimis fratribus per Italiam prouincias sanctis constitutis epis. Sother papa. A Diuinis preceptis & apostolicis monitis informamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quid usquam reprehensioni inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantia imperitia & presumptionis usurpatione reuocemus. Sacras deo fœminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallias penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedem, quae omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius sancte sedis autoritate, haec omnia vobis resarcire funditus, quanto citius poteritis, censemus, & ne pestis haec latius diuulgetur per oes prouincias abstergi citissime mandamus, ait enim apostolus. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibete Christo. ¶ Illa est enim virgo B ecclesia sponsa vniuersi viri Christi, qua nullo se patitur errore vel in honestate reprehensione vietati, ut per totum mundum una sit nobis vestra casta communio integritas. Vnde consurgite charissimi cum domino, & affluite ei induentes arma spūs aduersus malignantes contra fidem eius, & probetur spūs sapientie, id est, verba illorum si ex deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia probatorem dedi te in populum meum robustum, & scies, & facies, & probabis viam illorum. Mulinum namque nobis necessaria est vigilancia tanti sacramenti sapientiae discretionis, quae occulta tenebrae reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quoddammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malicia pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutatiū mente latere. Quod utique sciens beatus apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli operari subdoli transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum quando ipse Satanus transfigurat se in angelum lucis, si ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiae, quorum finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: Attende a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapiaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in id ipsum ex toto corde vestro referentes, ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum David, Reuelata oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumē semitis meis. Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta, sapientia & fortitudo eius sunt, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus & disciplina, ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientia & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quae regauerit te. Data, X. Calend. Junij, Ceticō & Clero. IIII. consulibus.

Incipiunt decreta Eleutheri pape.

E 3

Decreta Eleutheri pape.

C
anno dñi
177. epope
Antonij
Emoni,



Leutherius ep̄s, vniuersis ecclesiis p Galliæ prouincias dñō militan-
tibus, in dñō salutē. Magno munere misericordiæ dei totius ecclæ
fiax catholica multiplicata sunt gaudia, cū multos pp̄tos ad dñi serui
tiū festinare cognouimus. Qua de re necessariū iudicauimus vos in-
struere, vt escas q̄s vitare vos audiuiimus irrationabilr nō respuatis,
Scitis fr̄es legislatorē docuisse, oīa q̄ creauit deus erāt valde bona, &
ipsa p se veritas ait; Nō qđ intrat iōs coinquinat hoīem, sed qđ exit
de ore. Vnde cōstat non debere refutare escas cōes q̄s deus ad cibos
tribuit fidelibus suis. Et in actibus ap̄loꝝ, de mūdis escis legiſ ita. Po-
stera aut̄ die iter tribus faciētibus domesticis cū Petro, & appropinquatibus ciuitati, ascendet
Petrus in supiora, vt oraret circa horā sextā, & cū sfuriret, voluit gustare, parātibus aut̄ eis ce-
cidit sup eū mēris excessus, & vidit ccelū apertū & descēdens vas quoddā velut lintheū mag-
nū quatuor initis submitti de ccelo in terrā, in quo erāt oīa quadrupedia & serpētia terra, &
volatilia cceli. Et facta est vox ad eū: Surge Petre occide & māduca. Ait aut̄ Petrus: Absit do-
mine q̄a nunq̄ māducaui omne cōmūne & immūdū. Et vox iteꝝ secūdo ad eū: Quā dñs pu-
rificauit, tu cōmūne ne dixeris. Hoc aut̄ factū est perter, & statim vas receptū est in ccelum.

D ¶ De accusationibus ergo clericor̄, super qbus consulti sumus, quia oīs eoz accusationes dif-
ficile est ad sedē apostolicā deferre, finitiua episcopor̄ tantū iudicia hue deferantur, & huius
sanctæ sedis autoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumq̄ successoribus multoꝝ consensu
episcopor̄ iam definitum est. Nec in eoz ecclesijs alii aut p̄epomantur, aut ordinentur ante
q̄ hic eoz iuste terminentur negotia, quoniam quāuis liceat apud prouinciales & metropoli-
tanos atq; primates eoz ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire
secus q̄ p̄edictum est. Reliquoꝝ vero clericor̄ apud prouinciales & metropolitanos ac pri-
mates & ventilare & iuste diffinire licet, iudicantem tamē oportet cunctarimari, & ordinem
rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendi p̄ probita patien-
tia ab eo, vt ibi actio ambaꝝ partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua ve-
lit sīa obuiare, nisi quādo ip̄i īa peractis oībus nihil habeant in questione quod proponant,
& tādiu actio ventiletur, quo usq; rei veritas inueniatur. Frequēter interrogari oportet, ne ali-
quid p̄termissum forte remaneat quod annēcī conueniat, inducī enim non modicē ad i-
quirendū dandæ sunt, ne aliquid p̄ propere agi a quacunq; parte videatur, quia per surrep-
tionē multa proueniunt. Nihil tamen absq; legitimō & idoneo accusatore fiat. Nā & dñs no-
ster Iesu Christus Iudā surē esse sciebat, sed quia nō est accusatus, ideo non est electus. Et q̄c-
quid inter apostolos egit, pro dignitate ministerij ratiū manfit. Nā si leges seculi accusatores
requirūt, quāto magis ecclesiastica regula, docent em̄ terrestria & humana qua fint ecclesi-
stica atq; cœlestia. De accusationibus vero cōprouincialibus ita legitur esse statutū, si q̄s super
quibuslibet criminibus quē liber clericū pulsandū crediderit in prouincia in qua confitit ille,
qui pulsatur suas exerceat actiones, nec x̄stimet ei alibi aut longius ad iudicium protrahēdū.
Ille vero q̄ pulsatus fuerit si iudicē suspectū habuerit, liceat appellare. Caveant etiā iudices ec-
clesiæ ne absente eo cuius causa ventilat, sīam proferant, q̄a irrita erit q̄ p̄cē causam pro-
fecto dabūt. ¶ Priditoris vero nec calūnia nec vox audiaſ. Nemo em̄ debitorem amplius po-
test cognoscere quā ille q̄ iniuriā, eiusq; sustinuit nequitia. Oppressis nāq; ab oībus in cūctis
subueniāt causis. Hæc omnia summopere sunt atēdēda. Nec criminatio minor, quanto ma-
gis episcopor̄ facile est recipienda, dicente dñō: Non sequeris turbas ad faciendū malū. Et al-
ibi. Non suscipias vocē mendacię. Et in Paralipomenon legit. Omnia corda scrutatur domi-
nus, & omnē cogitationē nouit, homo vero videt in facie, deus autē in corde. Et alibi scriptū
est: Non potest humano cōdemnari examine quē deus suo referauit iudicio. Igif omne pon-
dus & circūstantia adversarioꝝ nouamenta per patientiā fratres cōprimere fatigite, scientes
quia subuersi sunt hm̄oi & delinquūt proprio ore dānati, q̄a quīfrēs accusant vel infestant, nō
eos diligūt, sed magis negligunt & peccat, dicēte ap̄lo, dilectio proximi malū nō operat. Et a-
libi: Qui nō diligit frātē suū quē videt, deū quē nō videt q̄o potest diligere. Nos em̄ humi-
les corde ad ea q̄ recta sunt adiutorē dñō sapiēter vinculo charitatis vobiscū sumus constricti
religionē catholica in oībus fortiter defensantes, improbis probe resistere nō negligimus, vn-
de dictū est: Negligite em̄ cū possis, deturbare peruersos, nihil alius est q̄ fouere, nec caret scru-
pulo societatis occulte, q̄ manifesto facinori desinat obuiare. Huius rei gratia vniuersalis vo-
bis à Christo Iesu cōmissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non ne-
gligatis, frater autem fratrem adiuuans exaltabitur, & illudens dissipabit. Quapropter releua-
te semper oppressos, corripite inquietos, vt zizania dominicam messem non possit suffocare

E Data, V. Idus Iulij, Paterno & Bardua consulibus.

Incipunt